xiſsent: dedit eis alimenta pro e:
quis et ovibus et bobus et asinis
sustentavitque eos illo anno pro co:
mmutatione pecorum. Venerunt
que anno secundo: et dixerunt ei.
Non celamus Domino nostro: quod
deficiente pecunia pecora simul de:
fecerunt: nec clam te est quod absque
corporibus et terra nihil habeamus.
Cur ergo moriemur te vidente. Et
nos et terra nostra tui erimus. E:
me nos in servitutem regiam &
praebe semina: ne pereunte cultore
redigatur terra in solitudinem. E:
mit igitur Ioseph omnem terram
aegypti vendentibus singulis poſse:
ſsiones suas prae magnitudine famis.
Subiecitque eam Pharaoni: et cunctos
populos eius a noviſsimis terminis